

tionem facere problematibus omnibus utilem et causae cognitionem adducere eam ab ipso eius improbatore probatur.

Definitionem quoque veritate ductus eodem capite 14. fassus est principium omnis cognitionis esse:⁶³ *Componentibus namque ex singularibus accidentia ex definitionibus erunt manifesta, quia sit principium omnium definitio, et quod est simplex.* Sed haec videntur illi invito veritate cogente ab ore excidisse, quia alioquin sua dialectica nihil aliud quam demonstrationem agit, quia definitio illi est vel demonstratio vel principium vel finis demonstrationis: 10 divisio vero definitioni ancillatur.

De quarta methodo analytica, quamquam eius voce libros inscripserit, nullum verbum. Platonis autem dialectica hanc quoque habet et alia quaedam docet. Nam fine 6. Rei publicae duplicem videtur analysin constituere:⁶⁴ *Quod qui circa geometrias et computa atque talia versantur, supponentes par et impar et figuras et angulorum triplicem speciem et alia horum germana in singulis methodis, haec quidem tamquam^{xiii} scientes facientes hypotheses, nullam rationem iam neque sibi neque aliis volunt de iis reddere, uti cuique clarum, ab his autem incipientes reliqua pertractantes desinunt confesse* 15 *ad hoc, quando ad contemplationem accedunt.* Et antea dixerat in in- 20

⁶³ τοῖς γὰρ συντιθεμένοις ἐκ τῶν ἀτόμων τὰ συμβαίοντα ἐκ τῶν ὀρισμῶν ἔσται δηλα, διὰ τὸ ἀρχὴν εἶναι πάντων τὸν ὀρισμὸν καὶ τὸ ἀπλοῦν. [ARIST. A Po. 96b.21 – 23]

⁶⁴ ὅτι οἱ περὶ τὰς γεωμετρίας τε καὶ λογισμοὺς καὶ τὰ τοιαῦτα πραγματευόμενοι, ὑποθέμενοι τό τε περιττὸν καὶ τὸ ἄρτιον καὶ τὰ σχήματα καὶ γωνιῶν τριττὰ εἶδη καὶ ἄλλα τούτων ἀδελφὰ καθ' ἐκάστην [καθεκάστην] μέθοδον, ταῦτα μὲν {ὥς} εἰδότες, ποιησάμενοι ὑποθέσεις αὐτά, οὐδένα λόγον, οὔτε αὐτοῖς, οὔτε ἄλλοις ἔτι ἀξιούσι περὶ αὐτῶν δίδοναι ὡς παντὶ φανερώων [φανερῶν], ἐκ τούτων δ' ἀρχόμενοι τὰ λοιπὰ ἤδη διεξιόντες τελευτῶσιν ὁμολογουμένως ἐπὶ τοῦτο οὐ ἂν [ἐὰν] ἐπὶ σκέψιν ὁρμήσωσι. [PLATO, R. 510.c.2 – d.3]

^{xiii} ὥς je ispušteno u grčkom citatu, ali je prevedeno – tamquam.